Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26088
Copyright: Admont, Benediktinerstift



102

obtuleris munus tuum ad altare. Hanc si irasci non est fas fratri tuo sine
causa iudicere racha aut dicere fatue. multo minus fas est
animo tenere aliquid ut in odium indignatio cuertat. Ad quod
pertinet etiam quod alio loco dicit: Non occidat sol super iracundiam
uram. Iubemur quod illatum munus ad altare si recordati fuerimus
aliquid aduersum nos habere fratrem an altare relinquere et pergere
ac reconciliari fratri. deinde uenire et munus offerre. Quod si accipi
atur ad literam fortassis aliquis credat ita fieri oportere si
presens frater est. Non enim diutius differri potest. cum munus
tuum an altare relinquere iubearis. Si quod de absente et quod fieri
potest etiam trans mare constituto aliquid tale ueniat in mente
absurdum est credere munus an altare relinquendum quod post terras
et maria pacata offerat deo. et ideo prsus intro ad spualia re
fugere cogimur ut hoc quod dictum est sine absurditate possit
intelligi. Altare itaq; spualiter in interiore dei templo
ipsa fide accipere possumus. cui signum est altare uisibile
Quidlibet enim munus offerimus deo siue ppheiam siue doctrinam
siue orationem siue ymnum siue psalmum. et siquid tale aliud
spualium donorum animo occurrerit acceptum esse deo non potest
nisi fidei sincerritate fulciatur et ei fixe atq; inmobiliter
tanquam altari imponatur. ut possit integrum atq; illibatum
esse quod loquimur. Nam multi non habentes altare idest ue
ram fidem. blasphemiam plaude dixerunt. terrenis uide
licet opinionib; aggrauati. uotum suum tanquam in terram
piscentes. Sed debet esse sana etiam offerentis intentio. et
propterea cum tale aliquid oblaturi sumus in corde nro idest in
interiore dei templo templum enim dei sanctum est inquit quod estis uos.
et in interiore hoine habitare xpm per fidem in cordib uris

hereici